Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Christus vulneratus. Desiderium animæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

latum pertentat; quia, duarum inſtar alarum
habebat extenſas, & fixas in Cruce. Contemp
Deut. 30. in Cruce, vbi veluti *Aquila grandis magnarum*
rum, prouocat ad volandum pullos ſuos; expand
ſuas aſſumit eos, & portat in humeris ſuis.

Iſa. 60. Tales fuêre ſancti Apoſtoli: *volabant, vt nubes*
Luc. 10. Chriſto confixi erant cruci! *vt agni inter lupos.*
Monica ſancti Auguſtini Mater, poſt memoriam
norum Vulnerum in Communione celebratum,
Gerſon 2. p. ecſtaſin, & vi ſancti Amoris quaſi alata facta,
ſerm. SS. exclamabat: *Volemus in cœlum fratres, volemus*
lum.

3. Exemplo Chriſti diſce Amori addere alas,
dere manus & eas Cruci affigere; diſce volare,
S. Ambroſ. pati: *& ſi corpus geritur, voſitet in nobis*
loc. cit. Dulces catenæ, quæ ligant corpus, & ſpiritum
auolare concedunt! Caro ſubiacet pœnis;
amore confortata volat in gaudium Domini
anima ſancta, partus generoſus illius Diuinæ
erigamus nos ſemel è terra, aquilinum tenore
rum, volemus inter nubes, à luto nos abſtrahamus
lemus in cœlum.

CONSIDERATIO VIII.

CHRISTVS VULNERAT

Deſiderium Animæ.

1. NVnquàm ceruus ſitibundus deſiderat
aquarum, vt æquum & iuſtum eſt animam
aſpirare & anhelare ad fontes dulciſſimos
Iſa. 26. Chriſti. *Domine, memoriale tuum in deſiderio*
Omne deſiderium animæ conſiſtit in memoria
rum vulnerum. Dicuntur *memoriale*, quia
ea in ſuo benedicto corpore ideò conſeruat, vt
am noſtri gerat memoriam.

2. Non ſic concupiſces intueri Chriſtum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tam gloriâ in throno Maieſtatis ſuæ, vt in throno ignominiæ & Crucis vulneratum, & dices cum Propheta: *Iſa.c.53.* *Deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum, virum dolorum.* *Nouiſſimus virorum*, hoc eſt, abiectiſſimus & viliſſimus, alii legunt, *Ceſſatio virorum*: nam eius commercium & conuerſationem fugiebant. *Qui videbant me foris, fugerunt à me.* Et *deſitio virorum*: *Pſal. 30, ex Hebr.* quia erat *vltimum quod ſic*, in quo poteſt homo vilis fieri, & ſi vlterius progrederetur, *deſineret eſſe homo.* Virum dolorum, aut vt alii legunt, *Homo in plaga exiſtens*: *Septuag.* Multitudo namque aliorum vulnerum, quæ Corpus Chriſti operiebant vnum credebatur vulnus.

3. Iuſti animam decet ſolo vulnerum Chriſti deſiderio teneri. Iſtinc enim vnicum & ſolum inuenit remedium ſuarum ærumnarum, in illis ſola gloriæ ſpes. *Duplici titulo* (aſſerebat S. Bernardus) Chriſto debetur Gloria *& titulo hæreditario*, *& titulo meritorio*, idque merito plagarum: *altero contentus, alterum nobis donauit.*

Consideratio IX.

VERBVM VULNERATVM.

Liber Vitæ.

1. Liber vitæ, in quem prædeſtinati ad gloriam inſcripti ſunt, eſt Chriſtus crucifixus: & quiſquis in hoc libro repertus non fuerit, non introibit in Regnum beatorum. *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni* *Apoc. 21.* Hic liber fuit impreſſus in monte Caluariæ ſub prælo Crucis, typis ſeu tormentis ſceleratorum Iudæorum, cum licentia & permiſſu Superiorum. Errata corrige, ſubſtituendo tuos pedes, tuas manus, & amorem tuum in locum pedum, manuum & amoris Chriſti, vnico verbo: corrige te imitando Chriſtum.